



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. XVIII. De S. Gerardo Veneto, Episcopo Canadiensi, & martyre.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

## CAPVT XVIII.

*De S. Gerardo Veneto, Episcopo Canadiensi, & Martyre.*

**S.** Gerardus, Venetijs ex nobili Sagreda familia natus, primum basilicæ S. Marci Canonicus fuit, & vt apud S. Antonium Paduanum in Sermonibus legitur, primus ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis Venetijs institutor. Deinde factus Episcopus Canadiensis in Hungaria (est autem Canadianum vrbs apud Transyluaniae confinia, ad Lippam amnem non longe à Segedino in Tibiscum influentem) Transdanubiana Apostolus fuit: qui cùm ad S. Stephanum Regem visendum Albam Regalem pergeret, ab idololatris in itinere inuasus, pro Christi nomine mortem patienter sustinuit. Cuius corpus Venetas translatum, Murani in Ecclesia B. Mariæ Virginis; quæ modò S. Donati nominatur, conditum est. Ita Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, qui in Notis addit, non tantū à S. Antonio Paduano, in Sermon. sed etiam à Francisco Maurolyco in Martýrologio tradi, S. Gerardum fuisse pri-  
mum auctorem ordinis Seruorum  
B. Mariæ apud Ve-  
netos.

CA.